

MISSALE CONGRAGATIONIS MARTYRORUM

INDEX ALPHABETICUS

	pag.
Adalberti Ep. et Mart., duplex majus. 23 Aprilis .	14*
Bennonis Ep. et Conf., duplex. 16 Junii	30*
Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii .	29*
Clementis Mariae Hofbauer Conf., duplex majus. 15 Martii	7*
Conradi a Parzham Conf., duplex. 21 Aprilis .	10*
Godehardi Ep. et Conf., Com. 4 Maii	19*
Joannis Nepomuceni Mart., duplex. 16 Maii . . .	19*
Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., duplex II classis. 27 Aprilis	19*

OFFICIA PROPRIA

DIOCESES
BEROLINENSIS

JUSSU ET AUCTORATE
REVERENDISSIMI
ET EXCELLENTISSIMI DOMINI
CONRADI DE PREYSING
EPISCOPI BEROLINENSIS

EDITA

PARS Verna

1939
RATISBONAÆ
SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOSTOLICÆ ET S. RITUUM CONGREG. TYPOGRAPHI

SACRA CONGREGATIO RITUUM

No. B. 14/39

BEROLINEN.

Post novi Kalendarii Diœceseos Berolinensis diei 23 Octobris anno 1931 approbationem, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Conradus de Preysing, Berolinensis Episcopus, Officia propria in usum cleri sibi commissæ Diœceseos concinnanda curavit, et Sanctissimi Domini nostri Pii Papæ XII judicio reverenter subjicit. Eorumdem vero Officiorum revisione et emendatione diligenti studio peracta, Sacra Rituum Congregatio ea probari posse censuit. Facta postmodum super hanc Eidem Sanctissimo Domino nostro per infrascriptum E.mum Cardinalem Præfectum relatione, Sanctis Sua, Officia propria Diœceseos Berolinensis, prout in adjecto prostant exemplari, probare et ab ejusdem Diœceseos clero adhibenda concedere benigne dignata est; servatis Rubricis et Declaratione de Sanctis vel Beatis alicubi publico cultu honoratis absque certo certo S. Sedis decreto vel indulto, die 28 Aprilis 1914 data. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 21 Junii 1939.

L. † S.

C. Card. Salotti S. R. C. Præfector
A. Carinci S. R. C. Secretarius

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Berolini, die 20 Augusti 1939

PRANGE
Vic. Gen.

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 26 Augusti 1939

v. n.
DR. DOEBERL

KALENDARIUM
DIŒCESIS BEROLINENSIS

a Sacra Rituum Congregatione
revisum et approbatum die 23 Octobris 1931

Februarius

d	8	S. Joannis de Matha Conf., duplex.
e	9	S. Cyrilli Ep. Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. S. Apollonia Virg. et Mart.
f	10	S. Scholasticæ Virg., duplex.
g	11	Apparitio B. Mariae Virg. immaculatae, duplex majus.
A	12	Ss. septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V., Cc., duplex.
b	13	S. Valentini Presbyteri et Mart., simplex.
c	14	Ss. Faustini et Jovite Mm., simplex.
d	15	
e	16	
f	17	
g	18	Simeonis Ep. et Mart., simplex.
A	19	
b	20	
c	21	
d	22	Cathedra S. Petri Ap. Antiochiae, duplex majus. Com. S. Pauli Apostoli.
e	23	S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. Vigiliæ.
f	24	† S. Matthiae Apostoli, duplex II classis.
g	25	
A	26	
b	27	S. Gabrielis a Virgine Perdolente Conf., duplex.
c	28	

Martius

d	1	
e	2	
f	3	
g	4	S. Casimiri Conf., semiduplex. Com. S. Lucii I Papæ et Mart.
A	5	
b	6	Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm., duplex.
c	7	S. Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct., duplex.
d	8	S. Joannis de Deo Conf., duplex.
e	9	S. Franciscæ Romanæ Viduæ, duplex.
f	10	Ss. Quadragesima Martyrum, semiduplex.
g	11	
A	12	S. Gregorii I Papæ, Conf. et Eccl. Doct., duplex.
b	13	

c	14	S. Clementis Mariæ Hoffbauer Conf., duplex majus.
d	15	S. Patricii Ep. et Conf., duplex.
e	16	S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct., duplex.
f	17	S. Adalberti Ep. et Mart., duplex majus. Com. S. Georgii Mart.
A	19	† S. Joseph, Sponsi beatæ Mariæ Virg., Conf., duplex I classis.
b	20	S. Benedicti Abbatis, duplex majus.
c	21	S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., duplex.
d	22	S. Joannis a Capistrano Conf., semiduplex.
e	23	S. Gabrielis Archangeli, duplex majus.
f	24	† Annuntiatio B. Mariæ Virg., duplex I classis.
A	26	Feria VI post Dominicam Passionis — Septem Dolorum B. Mariæ Virg., duplex majus. Com. Feriæ.
b	27	S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., duplex.
c	28	S. Joannis a Capistrano Conf., semiduplex.
d	29	S. Francisci de Paula Conf., duplex.
e	30	S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
f	31	S. Vincentii Ferrerii Conf., duplex.

Aprilis

g	1	S. Francisci de Paula Conf., duplex.
A	2	S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
b	3	S. Vincentii Ferrerii Conf., duplex.
c	4	S. Leonis I Papæ, Conf. et Eccl. Doct., duplex.
d	5	S. Hermenegildi Mart., semiduplex.
e	6	S. Justini Mart., duplex. Com. Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mm.
f	7	S. Aniceti Papæ et Mart., simplex.
g	8	S. Bonifatii Mart., simplex.
A	9	S. Joannis Baptiste de la Salle Conf., duplex.
b	10	S. Joannis Nepomuceni Mart., duplex. Com. S. Ubaldi Ep. et Conf.
c	11	S. Paschalis Baylon Conf., duplex.
d	12	S. Venantii Mart., duplex.
e	13	S. Petri Cælestini Papæ et Conf., duplex. Com. S. Pudentianæ Virg.
f	14	S. Bernardini Senensis Conf., semiduplex.
g	15	S. Gregorii VII Papæ et Conf., duplex. Com. S. Urbani I Papæ et Mart.
A	16	S. Philippi Neri Conf., duplex. Com. S. Eleutherii Papæ et Mart.
b	17	S. Clementis Mariæ Hoffbauer Conf., duplex. Com. S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct.
c	18	S. Joannis a Capistrano Conf., semiduplex.
d	19	S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., duplex.
e	20	S. Joannis Nepomuceni Mart., duplex. Com. S. Ubaldi Ep. et Conf.
f	21	S. Adalberti Ep. et Mart., duplex majus. Com. S. Georgii Mart.
g	22	S. Patricii Ep. et Conf., duplex.
A	23	S. Cyrilii Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct., duplex.

b	24	S. Fidelis a Sigmarina Mart., duplex.
c	25	S. Marci Evangelista, duplex II classis.
d	26	Ss. Cletri et Marcellini Papæ et Mm., semiduplex.
e	27	S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., duplex II classis.
f	28	S. Pauli a Cruce Conf., duplex. Com. S. Vitalis Mart.
g	29	S. Petri Mart., duplex.
A	30	S. Catharinæ Senensis Virg., duplex.
		Feria IV infra hebdomadam II post Octavam Paschæ — Solemnitas S. Joseph, Sponsi B. Mariæ Virg., Conf. et Ecclesiae universalis Patroni, duplex I classis cum Octava communis.
		Feria IV infra hebdomadam III post Octavam Paschæ — Octava S. Joseph, duplex majus.
		Majus
b	1	† Ss. Philippi et Jacobi Apostolorum, duplex II classis.
c	2	S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
d	3	† Inventio S. Crucis, duplex II classis. Com. Ss. Alexandri I Papæ et Sociorum Mm. ac S. Juvenalis Ep. et Conf.
e	4	S. Monicæ Viduæ, duplex. Com. S. Godehardi Ep. et Conf.
f	5	S. Pii V Papæ et Conf., duplex.
g	6	S. Joannis Ap. et Ev. ante Portam Latinam, duplex majus.
A	7	S. Stanislai Ep. et Mart., duplex.
b	8	Apparitio S. Michaelis Archangeli, duplex majus.
c	9	S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
d	10	S. Antonini Ep. et Conf., duplex. Com. Ss. Gordiani et Epimachi Mm.
e	11	Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ Virg., atque Pancratii Mm., semiduplex.
f	12	S. Roberti Bellarmino Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
g	13	S. Bonifatii Mart., simplex.
A	14	S. Joannis Baptiste de la Salle Conf., duplex.
b	15	S. Joannis Nepomuceni Mart., duplex. Com. S. Ubaldi Ep. et Conf.
c	16	S. Paschalis Baylon Conf., duplex.
d	17	S. Venantii Mart., duplex.
e	18	S. Petri Cælestini Papæ et Conf., duplex. Com. S. Pudentianæ Virg.
f	19	S. Bernardini Senensis Conf., semiduplex.
g	20	S. Gregorii VII Papæ et Conf., duplex. Com. S. Urbani I Papæ et Mart.
A	21	S. Philippi Neri Conf., duplex. Com. S. Eleutherii Papæ et Mart.
b	22	S. Clementis Mariæ Hoffbauer Conf., duplex. Com. S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct.
c	23	S. Joannis a Capistrano Conf., semiduplex.
d	24	S. Pauli a Cruce Conf., duplex. Com. S. Vitalis Mart.
e	25	S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., duplex.
f	26	S. Petri Mart., duplex.

g	27	S. Bedæ Venerabilis Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. S. Joannis I Papæ et Mart.
A	28	S. Augustini Ep. et Conf., duplex.
b	29	S. Mariæ Magdalena de Pazzis Virg., semiduplex.
c	30	S. Felicis I Papæ et Mart., simplex.
d	31	S. Angelæ Mericiæ Virg., duplex. Com. S. Petronillæ Virg.
		Junius
e	1	
f	2	Ss. Marcellini, Petri atque Erasmi Ep., Mm., simplex.
g	3	
A	4	S. Francisci Caracciolo Conf., duplex.
b	5	S. Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis.
c	6	S. Norberti Ep. et Conf., duplex.
d	7	
e	8	
f	9	Ss. Primi et Feliciani Mm., simplex.
g	10	S. Margaritæ Reginæ, Viduæ, semiduplex.
A	11	S. Barnabæ Apostoli, duplex majus.
b	12	S. Joannis a S. Facundo Conf., duplex. Com. Ss. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Mm.
c	13	S. Antonii de Padua Conf., duplex.
d	14	S. Basilii Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
e	15	Ss. Viti, Modesti atque Crescentiæ Mm., simplex.
f	16	S. Bennonii Ep. et Conf., duplex.
g	17	
A	18	S. Ephræm Syri Diaconi, Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. Ss. Marci et Marcelliani Mm.
b	19	S. Julianæ de Falconeris Virg., duplex. Com. Ss. Gervasi et Protasii Mm.

OFFICIA PROPRIA

DIECESIS BEROLINENSIS

PARS VERNA

Die 15 Martii

**S. Clementis Mariae
Hofbauer Confessoris****Duplex majus****V.** Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.**Ad Magnif. Ant.** Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.**Oratio**

Deus, qui beátum Cleméntem Maríam miro fidei róbore et invictæ constántiae virtute decorásti: ejus méritis et exémplis fac nos, quásimus, ita fortes in fide et caritatē fervéntes; ut præmia consequámur ætérna. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feria.
In I Nocturno Lectiones Beátus vir, de Communi 1 loco.

In II Nocturno**Lectio iv**

Clemens Maríus Hófbauer Tassovítii in Morávia natus, a prima

ætate in schola christiánæ perfectionis eruditus est; magístra potissimum religiosissima matre, quæ puerulum post patris óbitum osténsa Christi Dómini e cruce pendéntis imágine sic allocúta fertur: En fili, qui hinc in pósterum tibi futurus est pater, cura, ut per eam, quæ ipsi placet, viam incédas. Adoléscens pistóriam artem dídicit; sed ad majóra se vocári præséntiens cœpit inter laboriósae artis exercítium ad stúdium incúmbere litterárum. Bis Romam pedes ad límina Apostolórum peregrinátus est, bis étiam rerum cælestium contemplatióni libérius vacatús in erémum secessit. Verum Deo illum ad altiòra vocánte intermisso litterárum stúdia in Vindobonénsi Universitaté repétit, navitérque prosecutus est; donec ex puriòre fonte sacras disciplínas hausturus, Romanam tértium remigrávit.

Ibi in sancti Alfónsi familiam singulári Dei providéntia cooptátus est, quam ipsius ópera in díssitas regíones propagátum iri sanctus idem Parenz divíno instínctu præsénsit ac palam prænuntiávit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívít eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum:
* Et dedit illi claritatēm ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Absoluto cum magno spíritu ritus fervóre tirocínio ac presbyter factus in septentrionáles Európae provincias a Sede Apostólica missus est. Erécto Varsáviae in Polónia primo suæ Congregatiónis domicilio, et plúribus sibi adjúnctis sóciis, incredibile est, quam copioso ibi fructu sacerdotália múnera ultra vicénnum expléverit: nihil labóris recúsans, sive ut cathólicos ad bonos mores et pietatis cultum revocáret, sive ut hæréticos et Judáos ad veram fidem addúceret. Multa étiam ad religíosam juvenútis institutióñem præsti-

tit. Orphanórum sortem miserátus eréxit hospítium, ubi misérrimos quosque patérrna caritáte alébat; visus subínde stipem eórum causa emendiáre, immo nec fáciem ab increpántibus et in se conspuéntibus avértere. Inter has autem curas semper coram Deo ámbulans, Deíparæ Vírgini, cuius Rosárium assidue recitábat, singuláriter devótus, rectus, simplex, húmilis, cunctis affíbilis et benígnus, ómnibus velut sanctitatis exémplar júgiter prælúxit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriae induit eum, * Et ad portas paradísi corónavit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

Deo soli confísus, plures instituti sui domus váríi in regíonibus eréxit. Ipse vero multas, ob téporum iniquitatēm, acerbitátes perpessus, et e Polónia tandem cum suis expúlsus, secéssit Vindobónam, ubi duodecim postrémis vitæ annis, ad Dei glóriam strénue operári perseverávit. Præ-

ter sédulam enim sancti moniálium Vírginum curam totus in eo fuit, ut prædicatióne verbi Dei, sacraménti Pœnitentíæ administratióne, quam plúrimas a salúte dévias ánimas Christo lucrifáceret. Quem caritatis ignem, tum sacerdóribus, tum máxime selécta júvenum cohórti, quorum complúres suum Congregatióni nomen déderunt, infúndere adlaborávit. Illud autem indefessa sua ópera consecútus est, ut languescéntem pópuli fidem catholicumque spíritum non parum illa ætate imminútum, corroboráret; dignus propertea, quem Pius séptimus virum apostólicum, Vindobónensis cleri deus, Ecclesiáque cólumen appelláret. Méritis tandem plenus, et prodigiórum aliorúmque cælestium charísmatum múnere illústris, prope septuagénaire obdormívit in Dómino, Idibus Mártiis, anno millesimo octingentésimo vigésimo. Eum Leo décimus tertius, miráculis clarum, Beatórum catálogo, Pius vero décimus novis fulgémtem signis Sanctórum fatus accénsuit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Lectiones de Homilia in Evangelium Noli timére, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feriae.

Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. **Ant.** Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui beatum Cle-méntem Mariam miro fidei róbore et invictæ constántiae virtute decorásti: ejus méritis et exémplis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritáte fervéntes; ut præmia consequámur æterna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriae.

In II Vesperis

V. Justum dedúxit, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terrena, triūphans, divitias cælo cōdedit ore, manu.

Oratio

Deus, qui beātum Clemēntem Mariām miro fidei rōbore et invictæ constātie virtute decorāsti: ejus méritis et exémplis fac nos, quāsumus, ita fortes in fide et caritatē fervētes; ut prāmia consequāmur æterna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Die 21 Aprilis
S. Conradi a Parzham
Confessoris

Duplex

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (**T. P.** Allelúja.) **R.** Stolam gloriæ índuit eum. (**T. P.** Allelúja.)

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * viro sapiēti, qui aedificávit domum suam supra petram. (**T. P.** Allelúja.)

Oratio

Deus, qui misericordiæ tuæ jānuam fidélibus patére voluisti: te sūpplices exorámus; ut, intercedēnte beato Conrádo Confessore tuo, temporalia subsídia nobis tibias et æterna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Anselmi Ep., Conf. et Doct.: Ant.

O Doctor óptime, Ecclésiae sanctæ lumen, beátæ Ansélme, divinæ legis amatór, deprecáre pro nobis Fílium Dei. (**T. P.** Allelúja.)

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (**T. P.** Allelúja.) **R.** Et osténdit illi regnum Dei. (**T. P.** Allelúja.)

Oratio

Deus, qui pôpulo tuo æternæ salutis beátum Ansélbum ministrum tribuisti: præsta, quāsumus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habére mereāmur in cælis. Per Dóminum nostrum.

In I Nocturno, si dicendæ sint de Communi, Lectiones Beátus vir, de Communi Conf. non Pontificis 1 loco.

In II Nocturno**Lectio iv**

Conrádus, in rurali prædio ad oppidum Parzham in dicecési Passavénsi, piis honestisque parentibus natus, inde a púero modéstia et solitúdinis amore, quanta futurus esset sanctitatem, præ-

monstrávit. Mirus jam tum in eo elucébat devotioñis fervor, máxime cum in ecclésia oráret; quam longe sitam, neque itinere neque frigore deterritus, frequentare solébat. Summo erga beátam Vírginem amore inflammatus, quotidie ejus Rosárium assidue iterábat, diebúsque festis persæpe ad remotiora ipsius Deíparæ sanctuaria pergébat: ex quibus pedestribus peregrinatiōibus, júgiter orando suscep̄tis, domum remeābat sub vespérum fere semper jejūnus. Integra juventute in agrorūm cultura transacta, ut árctius Deo adhæreret eique libérius famularétur, mundo valedícere stáuit; quapropter perámplo património abdicáto, annum agens primum supra trigésimum inter fratres láicos ordinis Minorū Cappuccinorū adnumerari obtinuit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum; * Et dedit illi claritatem æternam, allelúja. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Statim ab emissa profesione, ad sanctæ Annæ convéntum civitatis Vetcettingæ missus fuit; locus autem célebris est et frequentissimus inter cetera Germánicæ dicioñis Mariána sanctuaria, adeo ut plura fidélium centéna millia illuc singulis annis convéniant. Ob tantum ad eandem civitatem concúrsum, perdifficile in cœnobio evadit janitoris officium; quod Conrádus, cui hujusmodi munus statim ab ejus advéntu fuerat demandatum, ad óbitum usque retinuit, et tamquam exémpli apostolátum explévit. Impiger in labore, parcus in loquéndo, erga páuperes largus, in peregrinis excipiéndis juvandisque promptus, per annos quadraginta et amplius ostiarii onus aequanímiter gessit, máximo incolarūm et peregrinorum memolumento, in omnibus tum ánime tum corporis necessitatibus.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ índuit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum, allelúja. **V.** Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

Virtutibus omnibus praeclarus, silentium summópere adamavit. Per diem subseciva temporis moménta insumébat in quodam tugurióla, jánuæ propinquo, e quo sanctissimam Eucharistiam invíseret et adoráre pótterat; de nocte vero horas subripébat somno, quas in fratum conditório vel in ecclésia oratióni dabat. Etsi consenuisset, quiéti numquam se trádedit, sed in labóribus piisque exercitiis ad extrémum usque perréxit. Revéra quadam die cum plúribus peregrinántium turmis satisfecisset, agnóvit córporis víribus prorsus destíti; ac triduo post, undécimo Kaléndas Maji, obdormivit in Dómino, anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, atátis suæ septuagésimo quinto. Hunc Dei fámulum, heróicis virtutibus, et miráculis clarum, Pius Papa undécimus anno millésimo nongentésimo trigésimo inter Beátos réttulit; novisque miráculis fulgémentem, quadriénio post, idem Summus Póntifex Sanctórum fastis solémniter adscrípsit.

R. Iste homo perfécit omnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam:
* Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus, allelúa. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timére, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco.

Pro S. Anselmo:

Lectio ix

Anselmus, Augústæ Prætóriæ in finibus Italiæ, nobílibus et cathólicis paréntibus natus,adoléscens, pátria et bonis omnibus derelictis, in monastério Beccensi órdinis sancti Benedícti emissa reguláriprofessione, in litteris et virtutibus assequéndis mirum in modum profécit. Régibus, episcopis veneratiōni fuit, et sancto Gregorio séptimo étiam accéptus, qui tunc, persecutiōnibus agitátus, lítteras amóris plenas ad eum dedit, se et Ecclésiam ejus oratióni bus comméndans. Defúncto Lanfráncico archiepisco po Cantuariensi, ejus olim præceptore, ad ejusdem

Oratio

Deus, qui misericórdia et tuæ jánuam fidélibus patére voluísti: te supplíces exorámus; ut, intercedente beáto Conrádo Confessore tuo, temporália subsídia nobis tríbuas et æterna. Per Dóminum.

Et fit Com. S. Anselmi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus. (T. P. Allelúa.)

V. Amáyit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúa.) **R.** Stolam gloriæ induit eum. (T. P. Allelúa.)

Oratio

Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Ansélmum ministrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habuimus in terris, intercessorem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúa.) **R.** Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúa.)

Ad Bened. **Ant.** Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui. (T. P. Allelúa.)

In II Vesperis

V. Justum dedúxit, ut supra.

Ad Magnif. **Ant.** Hic vir despiciens mundum * et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu. (T. P. Allelúa.)

Et fit Com. sequentis:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et æternitas téporum, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja. **R.** Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio

Beatórum Mártirum páriterque Pontificum Sotéris et Caji nos, quásimus, Dómine, festa tuéantur: et eórum comméndet orátio veneránda. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Com. S. Anselmi:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésia sanctæ lumen, beáte Ansélme, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei. (T. P. Allelúja.)

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúja.) **R.** Stolam gloriæ induit eum. (T. P. Allelúja.)

Oratio

Deus, qui pópolo tuo æternæ salútis beátm Ansélmu mínistrum tribuísti: præsta, quásimus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Die 23 Aprilis
S. Adalberti
Episcopi et Martyris

Duplex majus

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja. **R.** Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Ad Magnif. **Ant.** Lux perpétua * lucébit Sanctis tuis, Dómine, et æternitas téporum, allelúja.

Oratio

Tuam nobis indulgéntiam, quásimus, Dómine, beáetus Adalbértus Epíscopus et Martyr implóret: ut et delicta nobis cleménter ignoscas; et beneficia desideráta concédas. Per Dóminum.

Et fit Com. præcedentis:

Ant. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja: vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

V. Pretiósia in conspéctu Dóniini, allelúja. **R.** Mors Sanctórum ejus, allelúja.

**Oratio Beatórum, ut su-
pra.**

**Deinde Commemoratio S.
Georgii Mart.**

Ant. Filiæ Jerúsalem, veníte et vidéte Mártires cum corónis, quibus coro-

návit eos Dóminus in die solemnitatis et lætitiae, allelúja, allelúja.

V. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, allelúja. **R.** Et æternitas téporum, allelúja.

Oratio

Deus, qui nos beáti Górgii Mártiris tui méritis et intercessione lætificas: concéde propítius; ut, qui tua per eum beneficia pósdimus, dono tuæ gratiæ consequámur. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno

Lectio iv

Adalbértus Epíscopus Pragénsis, in Bohémia nobilissimis párentibus, Slaúnico Libicénsi Cómite, ac Strzezyslávanus, Woitéchus ántea pátrio sermóne dictus fuit; ab Epíscopo autem Magdeburgénsi Adalbérto, apud quem deinceps pie ac honestissime educátus est, áltérum nomen accépit. Postquam Ditmáro in episcopátu Pragénsi succéssit, illum sanctissime in magna vitæ continéntia, pietate pauperumque cura gessit. Propter contumácias tamen pópuli grávia pecáta desérere illum coác-

tus, Sedem Apostólicam hac de re consultúrus, in Itáliam se cónstulit.

R. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, * Et æternitas téporum, allelúja, allelúja. **V.** Lætitia sempitéra erit super cápita eórum: gáudium et exsultationem obtinébunt. Et.

Lectio v

Peregrinatiónē Hierosolymitána, quam instítuerat, intermíssa, Romæ Leóni Abbáti sancti Bonifácií commendátur. Ibi cum in religiosa vita quinquénnum exegisset, a Prágénsibus, pertáesis orbitatis, dénuo revocátur. Príncipis ipsius, et Archiépíscopi Moguntíni nuntiis precibúsque exorátus Póntífex, redire Adalbérto ad suos jubet. Recipiunt læti réducem, non diu tamen illi obtémperant: sacras enim aëdes invádunt, sónfesque, qui ad illas confúgerant, per vim eréptos interficiunt. Iterum illos déserit Adalbérto, animóque ad converténdas gentes álias, et ad martyrium destinato, ut benedictiónem tamen Sedis Apostólicae obtineat, Romam revertitur.

R. In servis suis, alleluja, * Consolábitur Deus, alleluja. **V.** Judicabit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. Consolábitur.

Lectio vi

Dénuo Pragénses et Hungárini Adalbértum répetunt. Cumque jussu Pontificis íterum ad illos redíret, tres fratres suos ab eis cæsos esse cognoscit. Pragénsem ergo viam præclúsam sibi, mentésque illórum a se alienatas esse videns, Deo grátii actis, converténdi gentes, quod Románus Póntífex probáverat, institútum suum proséquitur. Hungáriam cum rege Geisa ejusque filio sancto Stéphano in fide Christi confirmat. Silesiam et Polóniam, vicinam cognatámque Bohémis suis gentem, salutáribus præcéptis copiosius instruit. Post triénium autem Radzino fratre in archiepiscopátum Gneznéensem suffécto, ipse in Prússiam, idólis adhuc et dæmónibus serviéntem, proficíscitur. Ibi dum religiónem Christiánam dissemiñaret, apud Fishásum sinus Venédici oppidum inter sacrificándum

confóssus et in partes dissecútus est. Corpus ejus a Boleslao Chrobro príncipe Polóniae póstea redémpatum, et in Treméñse monastérium prius, deinde Gneznam Metrópolim honorifice translátum est.

R. Filiæ Jerúsalem, veníte et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus * In die solemnitatis et lætitiae, alleluja. **V.** Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit filios tuos in te. **In die. Glória Patri. In die.**

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secundum Joánnem

Lectio vii Cap. 10, 11-16

In illo témpore: Dixit Jesus pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat próóibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregórii Papæ

Homilia 17 in Evangelium

Est áliquid, fratres carísimi, quod me de vita pastórís veheménter affligit. Ad exterióra enim négotia delápsi sumus, et aliud ex honore suscípiimus, atque aliud ex officio

actiónis exhibémus. Ministerium prædicatiónis relínquimus, et ad pœnam nostram, ut vídeo, episcopi vocámur, qui honóris nomen, non virtútis tenémus. Relinquunt namque Deum hi, qui nobis commissi sunt, et tacémus; in pravis actionib⁹ jacent, et corruptionis manus non téndimus; quotidie per multas nequitiás pereunt, et eos ad infernum tendere negligénter vidémus.

R. Ego sum vitis vera, et vos pálmites: * Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluja, alleluja. **V.** Sic ut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

Lectio viii

Sed quómodo nos vitam corrígere valémus alienam, qui neglígimus nostram? Curis enim sacerdálibus inténti, tanto insensibilióres intus effici-mur, quanto ad ea, quæ foris sunt, studiosiores vidémur. Usu quippe curæ terrénæ, a cælesti desidério obduréscit ánimus; et dum ipso suo usu durus efficitur per actionem saceruli, ad ea emollíri non valet, quæ périnent ad

caritátem Dei. Unde bene sancta Ecclésia de membris suis infirmántibus dicit: Posuérunt me custódem in víneis: víneam meam non custodívii.

R. Cándidi facti sunt Nazaréi ejus, alleluja: splendórem Deo dedérunt, alleluja: * Et sicut lac coagulátum sunt, alleluja, alleluja. **V.** Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, sapphíro pulchrióres. **Et.** Glória Patri. **Et.**

Lectio ix

Consideráte ergo, quid de grégiis agátur, quando pastores lupi fiunt. Hi enim custódiam gregis suscípiunt, qui insidiari gregi Domínicō non métunt, contra quos greges Dei custodíre debúerant. Nulla animárum lucra quârimus, ad nostra quotidie stúdia vacámus, teréna concupíscimus, humánam glóriam inténtamente captámus. Et quia eo ipso, quo céteris præláti sumus, ad agénda quâlibet majórem licéntiam habémus, suscéptæ benedictiōnis ministerium vér timus ad ambitionis argu mémentum. Dei causas relin-

quimus, ad terréna negótia vacámus. Locum sanctitá-
tis accípimus, et terrénis áctibus implicámur. Im-
plétum est in nobis proféto, quod scriptum est: Et erit sicut pópulus, sic sa-
cérdos.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

V. Pretiósā in conspéctu Dómini, allelúja. **R.** Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Ad Bened. **Ant.** Filiæ Jerúsalem, * veníte et vi-
dete Mártires cum coró-
nis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemni-
tatis et lètitiæ, allelúja,
allelúja.

Oratio

Tuam nobis indulgén-
tiām, quásimus, Dómi-
ne, beátus Adalbértus Epí-
scopus et Martyr implóret:
ut et delicta nobis clemén-
ter ignóscas; et beneficia
desideráta concédas. Per
Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S.
Georgii:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine,
et aëterna tés temporum, al-
lelúja.

V. Sancti et justi, in Dó-
mino gaudéte, allelúja. **R.**

Vos elégít Deus in here-
ditátem sibi, allelúja.

Oratio

Deus, qui nos beáti Ge-
órgii Mártiris tui mé-
ritis et intercessióne lètifi-
cas: concéde propítius;
ut, qui tua per eum bene-
ficia póscoimus, dono tuæ
gratiæ consequámur. Per
Dóminum nostrum.

In II Vesperis

V. Pretiósā, ut supra.

Ad Magnif. **Ant.** Sancti et justi, * in Dómino gau-
dete, allelúja: vos elégít
Deus in hereditátem sibi,
allelúja.

Et fit Commemoratio se-
quentis:

Ant. Lux perpétua et **V.**
Sancti, ut supra.

Oratio

Deus, qui beátum Fidé-
lem, seraphico spíri-
tu ardóre succénsim, in
veræ fidei propagatióne
martýrii palma et gloriósis
miráculis decoráre digná-
tus es: ejus, quásimus,
méritis et intercessióne, ita
nos per gratiā tuam in
fide et caritatē confírma;
ut in servitio tuo fidélies
usque ad mortem inveníri
mereámur. Per Dóminum.

Deinde S. Georgii:

Ant. Filiæ Jerúsalem, ut
supra, 18*.

V. Lux perpétua lucébit
Sanctis tuis, Dómine, al-
lelúja. **R.** Et aëterna tés
temporum, allelúja.

Oratio Deus, qui nos, ut
supra 18*.

Die 27 Aprilis

S. Petri Canisi

Confessoris et Eccl. Doct.

Duplex II classis (m. t. v.)

Omnia de Communi Con-
fessoris non Pontificis, præ-
ter ea, quæ in Breviario hac
die habentur propria. Lectio-
nes I Nocturni Sapiéntiam,
de Communi Doctorum.

Die 4 Maii

S. Godehardi

Episcopi et Confessoris

Commemoratio

In Festo S. Monicæ Vid. fit
ad Laudes Com. S. Godehardi:

Ant. Euge, serve bone et
fidélis, quia in pauca fuisti
fidélis, supra multa te con-
stítuam, dicit Dóminus,
allelúja.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas, al-
lelúja. **R.** Et osténdit illi
regnum Dei, allelúja.

Oratio

Deus, qui méritis sancti
Godehárdi Confessó-
ris tui atque Pontificis

semper es et ubique mirá-
bilis: quásimus clemén-
tiā tuam; ut, sicut ei emi-
némentum glóriam contulisti,
sic ad consequéndam grá-
tiā tuam, ejus nos fáciás
précibus adjuvári. Per Dó-
minum nostrum.

Die 16 Maii

S. Joannis Nepomuceni

Martyris

Duplex

In I Vesperis

In II Vesperis S. Joannis
Baptistæ de la Salle a Capi-
tulo fit de sequenti.

Capit. Eccl. 21, 28-29

Lábia imprudéntium stul-
ta narrábunt, verba
autem prudéntium statéra
ponderabúntur. In ore
fatuórum cor illórum, et
in corde sapiéntium os il-
lórum.

Hymnus

Invictus heros Núminis,
Mergéndus unda flúmi-
nis,
Stat fortis in siléntio,
Dum fit sigilli méntio.

Hinc rex minártur fúnéra,
Hinc tortor infert vúlnera,
Manus ligántur fúnibus,
Artus cremántur ignibus.

Sed hæc Joánnes déspicit,
Nec regis iram réspicit:
Secta non vult pándere,
Horret sigillum frángere.
Stat mutus agnus inno-
cens,
Nil de tegéndis próferens:
Stat; dumque rex nil éliti-
cit,
E ponte justum déjicit.
Præceps ab alto stérni-
tur,
Undis profúndis mérgitur,
Mersum sed applaudénti-
bus
Unde salútant ígnibus.
Stellæ natant in flúmine,
Illi paréntant lúmine:
Docéntque cæli cláritas,
Quæ sit Joánnis cáritas.
Sequens Conclusio, sicut
etiam Conclusio Hymnorum
ad Matutinum et Laudes
numquam mutatur.

Da, sempitérna Trímitas,
Ut in bono sit firmítas,
Aut lacrimárum flúmina
Mergant cadéntum crími-
na. Amen.

V. Sacraméntum regis
abscóndere bonum est, al-
lelúja. R. Opera autem
Dei revelare honoríficum,
allelúja.

Ad Magnif. Ant. Dedit
mihi Dóminus linguam
mercédem meam: et in ip-
sa laudábo eum, allelúja.

Oratio

Deus, qui ob invíctum
beáti Joánnis sacra-
mentale siléntium nova
Ecclésiam tuam martýrii
coróna decorásti: da; ut,
ejus exémplo et interces-
sione, ori nostro custódia-
m ponéntes, beátis, qui
lingua non sunt lapsi, an-
numerémur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Jo-
annis Baptistæ de la Salle
Conf.

Ant. Hic vir despíciens
mundum et terréna, triúm-
phans, divítias cælo cón-
dedit ore, manu, allelúja.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas, alle-
lúja. R. Et osténdit illi
regnum Dei, allelúja.

Oratio

Deus, qui, ad christiá-
nam páuperum erudi-
tionem et ad juvéntam in
via veritatis firmándam,
sanctum Joánnem Baptí-
stam Confessórem excitá-
sti, et novam per eum in
Ecclésia famíliam collegí-
sti: concéde propítius; ut,
ejus intercessione et exémp-
lo, stúdio glóriae tuae in
animárum salúte fervéntes,
ejus in cælis corónæ par-
ticipes fieri valeámus. (Per
Dóminum nostrum.)

Deinde S. Ubaldi Ep. et
Conf. (semiduplex):

Ant. Sacérdos et Pónti-
flex, et virtútum ópifex,
pastor bone in pópolo, ora
pro nobis Dóminum, alle-
lúja.

V. Amávit eum Dómi-
nus, et ornávit eum, alle-
lúja. R. Stolam glóriæ in-
duit eum, allelúja.

Oratio

Auxílium tuum nobis,
Dómine, quæsumus,
placátus impénde: et in-
tercessione beáti Ubáldi
Confessóris tui atque Pon-
tifícis, contra omnes diá-
boli nequítias déxeram
super nos tuæ propitia-
tionis exténde. Per Dó-
minum nostrum.

Ad Matutinum

Invit. Exsúltent in Dó-
mino Sancti, * Allelúja.

Ps. 94 Veníte, exsulté-
mus.

Hymnus

In profunda noctis um-
bra
Et gravi caligine
Lustrat ædem flamma
munda,

Sic jubénte Númine.

Nocte náscitur Joánnes,
Astra cælo dévolant:
Nocte mérgitur Joánnes,
Astra funus ápparant.

Hinc cor ejus igne fla-
grans

Fortis urit cáritas:
Hinc ab ejus ore manans
Mira prodit suávitás.

Nunc amóre cor bonó-
rum

Ad salútem pértrahit:
Nunc timóre cor maló-
rum

A gehérra rétrahit.

Páuperes solátur ære,
Derelictis súbvenit:

Non sinit justos jacére,
Damna famæ præpedit.

Per Joánnis sanctitátem,
O beáta Trínitás,
Méntibus da puritátem,
Corde regnet cáritas.

Amen.

In I Nocturno

Ant. Erit lumen Israel
in igne, et Sanctus ejus in
flamma, allelúja.

Psalmi trium Nocturnorum
de Communi unius Martyris.

V. Sacraméntum regis
abscóndere bonum est, al-
lelúja. R. Opera autem
Dei revelare honoríficum,
allelúja.

De libro Ecclesiástici
Lectio i Cap. 21, 26-31

Sultus a fenéstra respí-
ciet in domum: vir au-
tem eruditus foris stabit.
Stultitia hóminis auscul-

táre per óstium: et prudens gravábitur contumélia. Lábia imprudéntium stulta narrábunt: verba autem prudéntium statéra ponderabúntur. In ore fatuórum cor illórum: et in corde sapiéntium os illórum. Dum maledícit ímpius diábolum, maledícit ipse ánimam suam. Su-súrro coinquinábit ániam suam, et in ómnibus odiéatur: et qui cum eo mánserit, odiósus erit: tacitus et sensátus honorábitur.

R. Metuébat rex Joánnem, * Sciens eum virum justum et sanctum, allelúa. **V.** Et custodiébat eum, et audíto eo multa faciébat, et libénter eum audiébat. **Sciens.**

Lectio ii Cap. 28, 21-25

Flagélli plaga livórem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi cecidérunt in ore gládii, sed non sic quasi qui interiérunt per linguam suam. Beátus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiā illíus non transívit, et qui non attráxit jugum illíus, et in vínclis ejus non est ligátus: jugum enim illíus, jugum

férreum est: et vínculum illíus, vínculum áreum est. Mors illíus, mors nequísima: et útilis pótius inférnus quam illa.

R. Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est invénta in lábiis ejus: in pace et in aequitáte ambulávit mecum: * Et multos avértit ab iniquitaté, allelúa. **V.** Lábia enim sacerdótis custódient sciéntiam, et legem requírent ex ore ejus. **Et**

Lectio iii Cap. 28, 26-30

Perseverántia illíus non permanébit, sed obtinébit vias injustórum: et in flamma sua non combúret justos. Qui relínquunt Deum, íncident in illam, et exardébit in illis, et non extinguétur, et immittétur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audíre, et ori tuo fácito óstia, et seras. Aurum tuum et argéntum tuum confia, et verbis tuis fácito statéram, et frenos ori tuo rectos: et atténde, ne forte labáris in lingua, et cadas in conspéctu ini-micórum insidiántium ti-

bi, et sit casus tuus insanábilis in mortem.

R. Sepívi aures meas spinis, * Et ori meo feci óstia et seras, allelúa. **V.** Beátus, qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indígnis se. **Et.** Glória Patri. **Et.**

In II Nocturno

Ant. Non quæsívit a Dómino ducátum, neque a rege cáthedram honóris, allelúa.

V. Pone, Dómine, custódiam ori meo, allelúa. **R.** Et óstium circumstán-tiæ lábiis meis, allelúa.

Lectio iv

Joánnes Nepomúci, Bohémiae óppido, unde Nepomucéni cognómen duxit, a paréntibus aetátē provéctis, non sine futuræ sanctitatis præságio, flammis supra nascéntis domum mirabiliter collucéntibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidísset, beátæ Vírginis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, et vitæ periculo evásit incólumis. Egrégia índole, piáque institutióne cælesti-bus indíciis obsequénte, in-ter sanctas religiosásque

exercitatiónes puerítiam egit; nam ecclésiam fre-quenter adíre, ac sacer-dótibus ad aras operánti-bus ministráre in delíciis habébat. Zatéci politi-ribus littoris ad humani-tátem informátus, Pragæ vero gravióribus disciplí-nis excútus, philosóphiæ, theológiæ sacrorúmque cánonum magistérium et láuream emeruit. Sacer-dótio initiátus, atque a sciéntia Sanctórum ad lu-cra animárum rite comparátus, ministério verbi Dei se pénitus addíxit. Cum ígitur in vitiis exstir-pándis, et revocándis in viam salútis errántibus, eloquéntia et pietáte úberes éderet fructus, inter canónicos metropolitánæ ecclésiæ Pragénsis coop-tatus, mox sibi demandá-tam Evangélii coram rege Wenceslao quarto prædi-cándi provinciam suscé-pit, eo succéssu, ut Joánnis suásu multa rex face-ret, magnóque in honóre ejus virtútes habéret. Con-spícuas tamen, quas ille óbtulit dignitátes, Dei ser-vus, ne a divíni verbi præ-cónio avocáretur, constan-tíssime recusávit.

R. Instans oratiōni et ministério verbi, hortabātur omnes, in propōsito cordis permanēre in Dōmino:
* Quia erat vir bonus, et plenus Spīritu Sancto, alleluja. **V.** Et apponebātur multa turba Dōmino. Quia.

Lectio v

Régiis illum eleemosynis in páuperes ergādīs praefectūm, Joánnā regína consciéntiae sibi moderatōrem ascívit. Cum autem Wenceslāus ab officio institutōque decessisset, atque in vītia praeceps abriperētur, piæ autem cónjugis obtestationes et móniā gravāte ferret, contēdere ausus est, ut in sacramentali judicio sacerdoti crēdita reginæ arcána sibi a Joánnē panderentur. At Dei ministrer blanditiis primum, torméntis deinde et cárcē is squalore tentatus, nefariæ regis cupiditati fōrtiter óbstitit. Furētēn tamen Wenceslai ánimū cum ab exsecrāndo propōsito nec humāna nec divīna jura deterrērent, suprénum agónem, quem instāre sibi athlēta Christi nōverat, pólpo in contiōne de impendētibus étiam regni calamitatibus admónito, non obscūre

prænuntiāvit. Mox Bolesláviam profectus, ad beatæ Vírginis imáginem antiquo cultu célebrem, cælestē præsidium ad certāndum bonum certámen efūsis præcibus implorāvit. Inde vespere reverténtem in pervigilio Dominicæ Ascensióis rex e fenestra conspicátus arcéssit; cumque vehemēntius urgēret, et próximam in aquis, si obluctari pérgeret, submersiōnem intentarēt, Joánnes invicta constántia terróres minásque refutavit. Itaque regis império in Moldávam flumen Pragam interfluens noctu dejectus, illústrem martyrii corónam est consecútus.

R. Dispérsit, dedit pauperib⁹: * Justitia ejus manet in sáculum sáculi, alleluja. **V.** Beátus, qui intelligit super egénūm et páuperem. **Justitia.**

Lectio vi

Sacrilegum fácinus clam patrátum, et Mártyris glóriam insigne prodígiūm divinitus patefecit. Ubi enim exánime corpus secundo flūmine vehi coepit, ardentes faces aquis supernatantes et discurrētes apparuerunt. Quam ob rem ex aréna postridie ma-

ne corpus elátum, canónici deinde, regis iram nihil timéntes, in metropolitánam ecclésiam solémni pompa intulérunt, et sepulturæ mandárunt. Cum autem in dies invicti sacerdótis memoria miráculis et máxima fidélium, eórum præcipue qui fama periclitantur, veneratiōnē crēseret, post annos demum ámplius trecentos, in jurídica recognitiōne cörperis, quod sub humo támdui jacuerat, lingua ejus incorrúpta et vívida repérta est: quæ sexto post anno judicibus a Sede apostólica delegatis exhibita, novo prodígio repente intumuit, et sub obscūrum ruborem in purpureum commutavit. His itaque aliisque signis rite probatīs, Benedictus décimus tértius Póntifex Máximus die décima nona mensis Márthi, anno salutis millésimo septingentésimo vigésimo nono, primum hunc sacramentalis sigilli assertōrem, arcáni fidem sanguine obsignantem, sanctórum Mártyrum catálogo adscrípsit.

R. Ego scio, quóniam intrábunt post discussiōnem meam lu i rapáces in vos, non parcēntes gregi: *

Propter quod vigiláte, alleluja. **V.** Et ex vobis ipsis exsúrgent viri loquēntes pervērsa, ut abducant discípulos post se. Propter Glória Patri. Propter.

In III Nocturno

Ant. Igne me examinasti, et non est invēnta in me iniquitas, alleluja.

V. Dixi: Custódiam vias meas, alleluja. **R.** Ut non delinquam in lingua mea, alleluja.

Léctio sancti Evangeli se-cundum Matthæum

Lectio vii Cap. 11, 2-10

In illo tempore: Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an álium exspectamus? Et reliqua.

Homilia sancti Gregórii Papæ

In Evangel. Homilia 6

Dimissis Joánnis discípulis, quid de eódem Joánnē turbis dicat audiāmus. Quid existis in desértum vidēre? arúndinem vento agitātam? Quod videlicet non asseréndo, sed negāndo intulit. Arúndinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alte-

ram infléctit. Et quid per arúndinem nisi carnális ánimus designátur? Qui mox ut favóre vel detractíone tángitur, statim in partem quámlibet inclinátur. Si enim ab humáno ore aura favórís fláverit, hilaréscit et extóllitur: sed si inde ventus detractíonis erúperit, unde aura laudis veniébat, mox hunc quasi in partem álteram ad vim furórís inclinat.

R. Cum corriperétur ab illo de ómnibus malis, quæ fecit rex, adjécit et hoc: * Et inclúsit Joánnem in cárccere, allelúja. **V.** Labóro usque ad víncula, quasi male óperans; sed verbum Dei non est alligátum. **Et.**

Lectio viii

Sed arúndo agitáta ven-
to Joánnes non erat:
quia hunc nec blandum
grátia, nec cujúslibet de-
tractíonis ira áasperum fa-
ciébat: nec próspera hunc
erígere, nec advérsa nóve-
rant inclináre. Arúndo ergo
vento agitáta non erat,
quam ab status sui recti-
tudine nulla rerum varie-
tas inflectébat. Discámus
ergo, fratres caríssimi,
arúndinem vento agitátam
non esse: solidémus án-
imum inter auras linguá-

rum pósitum: stet inflexí-
bilis status mentis. Nulla
nos detráctio ad iram pró-
vocet, atque ad remissió-
nem inútilis grátiae nullus
favor inclínet. Non nos
próspera éllevant, non ad-
vérsa pertúrbent: ut qui in
solidítate fídei fígimur, ne-
quáquam rerum transeúntium
mobilitáte moveámur.

R. Réddidit Deus justo
mercédem labórum suó-
rum, et dedúxit illum in
via mirábili: * Et fuit illi
in velaménto diéi, et in lu-
ce stellárum per noctem,
allelúja. **V.** Transvexit il-
lum per aquam nímiā, inimícos autem illiū de-
mérsit. **Et.** Glória Patri.
Et.

Pro S. Ubaldo:**Lectio ix**

Ubáldus, Eugúbii in Umbria nóbili génere
natus, a primis annis pie-
tate et lífteris egrégie est
institútus; jamque adolé-
scens, ut uxórem dúceret,
sæpe tentátus, numquam
tamen a propórito serván-
dæ virginitatis recéssit.
Sacérdos efféctus, patri-
mónium suum paupéribus
et ecclésiis distríbuit. Ca-
nonicórum regulárium ór-

dinis sancti Augustíni in-
stítutum suscípiens, illud
in pátriam tránsfult. Ab Honório secúndo Summo
Pontifice ecclésiæ Eugubí-
næ invítus præfícitur, et
episcopális consecratiónis
múnere decorátur. Factus
forma gregis ex ánimo, de
consuéta vivéndi ratioñe
nihil ádmodum immutávit,
et in omni virtútum génere
enítuit. Diútius infirmítati-
bus afflictus, Deo indesi-
nénter grátias agébat. Cum
multis annis ecclésiam sibi
commíssam summa cum
laude gubernáset, sanctis
opéribus et miráculis clá-
rus, quiévit in pace.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

Ant. 1 Interrogábatur eum
* rex multis sermóníbus:
at ipse nihil illi respondé-
bat, allelúja.

Psalmi de Dominica 1 loco.

2 Rex dixit: * Ne abs-
cóndas a me verbum, quod
te intérrogo. Dixi: Secré-
tum meum mihi, secrétum
meum mihi, allelúja.

3 Affirmábat rex, * se
dívitum et beatum factú-
rum. Non obcédio præcépto
regis, sed præcépto legis,
quæ data est nobis, alle-
lúja.

4 Tunc rex, accénsus ira,
* in hunc super omnes
crudélius desáviit, alle-
lúja.

5 Beátus * qui lingua
sua non est lapsus, et qui
non servívit indígnis se,
allelúja.

Capit. Eccli. 21, 28-29

Lábia imprudéntium stul-
ta narrábunt, verba
autem prudéntium staté-
ra ponderabúntur. In ore
fatuórum cor illórum, et in
corde sapiéntium os illó-
rum.

Hymnus

Vix in sepúlcro cóndi-
tur,
Signis Joánnes próditur,
Per crátium repágula
Intérmicant mirácula.

Hic ejus hostes illico
Pudóre mæsti público,
Ultrice dextra Núminis,
Pœnas repéndunt crími-
nis.

Hic damna rerum flénti-
bus
Famáve conqueréntibus,
Abdúcta res revértitur,
Abláta fama rédditur.

Hic corpus ægritúdines,
Tempus vicissítudines,
Periculum secúritas,
Mortem fugit mortálitas.

Hic viva lingua Mártyris,
Sed muta voce sanguinis
Clamans, ut Abel, ímprobat,

Regique crimen éxprobrat.

Uníus, o, da, Trinitas,
Tríumque simplex Unitas,
Ut, qui Joánni supplicant,
Id ímpetrent, quod flágitant. Amen.

V. Pósui ori meo custódiam, allelúja. R. Cum consísteret peccátor advérsum me, allelúja.

Ad Bened. Ant. Quicúmque glorificáverit me, glorificábo eum: qui autem contémnunt me, erunt ignobiles, allelúja.

Oratio

Deus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentale siléntium nova Ecclésiam tuam martírii coróna decorásti: da; ut, ejus exémplo et intercesiónē, ori nostro custódiam ponéntes, beátis, qui lingua non sunt lapsi, annumerémur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Ubaldi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, plácatus impénde: et intercessióne beáti Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuue propitiatiónis exténde. Per Dóminum nostrum.

Ad Horas Antiphonæ et Psalmi de Feria.

Ad Tertiam

Capit. Eccli. 21, 28-29

Lábia imprudéntium stulta narrábunt, verba autem prudéntium statéra ponderabúntur. In ore fatuórum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórum.

R. br. Sacraméntum regis abscóndere bonum est. * Allelúja, allelúja. Sacraméntum. V. Opera autem De' revelare honoríficum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Sacraméntum.

V. Pone, Dómine, custódiam ori meo, allelúja. R. Et óstium circumstántiæ lábiis meis, allelúja.

Ad Sextam

Capit. Eccli. 28, 28

Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audíre et ori tuo fácto óstia et seras.

R. br. Pone, Dómine, custódiam ori meo, * Allelúja, allelúja. Pone. V. Et óstium circumstántiæ lábiis meis. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Pone.

V. Dixi: Custódiam vias meas, allelúja. R. Ut non delinquam in lingua mea, allelúja.

Ad Nonam

Capit. Eccli. 28, 29-30

Aurum tuum et argéntum tuum confla et verbis tuis fácto statérā et frenos ori tuo rectos et atténde, ne forte labáris in lingua.

R. br. Dixi: Custódiam vias meas, * Allelúja, allelúja. Dixi. V. Ut non delinquam in lingua mea. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Dixi.

V. Pósui ori meo custódiam, allelúja. R. Cum consísteret peccátor advérsum me, allelúja.

In II Vesperis

Antiphonæ de Laudibus 27*, Psalmi ut in I Vesperis de Communi Apostolorum, sed loco ultimi Psalmus 115 Crédidi. A Capitulo fit de sequenti.

Et fit Com. præcedentis:

Ant. In conspéctu poténtium admirábilis ero, et fácies príncipum mirabúntr me: facéntem me sustinébunt, et loquéntem me resípcent, allelúja.

V. Pósui et Oratio Deus, qui ob, ut supra ad Laudes 28*.

Deinde Com. S. Ubaldi:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum stola gloriæ induit eum, et ad portas paradísi corónavit eum, allelúja.

V. Justum et Oratio Auxiliū, ut supra 28*.

Omnia de Communi Martyrum Tempore Paschali, præter ea, quæ in Breviario hac die habentur propria.

In I Vesperis fit Commemoratio præcedentis.

In I Nocturno Lectiones A Miléto, cum Responsoriis Temporis Paschalis.

In II Vesperis fit Commemoratio sequentis.

Die 16 Junii

S. Bennonis

Episcopi et Confessoris

Duplex, sed ad modum Sim-
plicis recolendum

In I Vesp. Ant. Sacér-
dos et Póntifex, et virtú-
tum ópifex, pastor bone in
pópulo, ora pro nobis Dó-
minum, allelúa.

V. Amávit eum Dómi-
nus, et ornávit eum, alle-
lúa. R. Stolam glóriæ in-
duit eum, allelúa.

Oratio

Deus, qui nos beáti Ben-
nónis Pontificis con-
fessióne gloriósa circúm-
das et prótegis: da nobis,
et ejus imitatióne profice-

re, et intercessióne gaudé-
re. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes Ant. Euge,
serve bone et fidélis, quia
in pauca fuísti fidélis, su-
pra multa te constituam,
dicit Dóminus, allelúa.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas, alle-
lúa. R. Et osténdit illi
regnum Dei, allelúa.

In II Vesp. Ant. Amá-
vit eum Dóminus, et orná-
vit eum: stolam glóriæ in-
duit eum, et ad portas pa-
radisi coronávit eum, alle-
lúa.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas, alle-
lúa. R. Et osténdit illi
regnum Dei, allelúa.

ADDENDA ET VARIANDA IN LECTİONE MARTYROLOGII

JUXTA KALENDARIUM BEROLINENSE PROPRİUM

Die 15 Martii

Vindobónæ in Austria sancti Cleméntis Maríæ Hób-
bauer, sacerdótis proféssi Congregatióni sanctissimi
Redemptoris, plúrimis in Dei glória et animárum sa-
lúte promovénda ac dilatánda ipsa Congregatióne ex-
antlátis labóribus insígnis: quem virtútibus et miráculis
clarum Pius décimus Póntifex Máximus in Sanc-
tórum cánonem réttulit.

Die 21 Aprilis

Vetœttíngæ, in Bavária, sancti Conrádi a Parz-
ham, Confessoris, ex Ordine Minórum Capuccinórum,
jugi oratióne et caritáte in próximum insígnis: quem
miráculis clarum Pius Papa undécimus Sanctórum
número adscrípsit.

Die 23 Aprilis

Ponitur primo loco elogium S. Adalberti Ep. et Mart.

Die 16 Maji

Ponitur primo loco elogium S. Joannis Nepomuceni Mart.

Die 16 Junii

Ponitur primo loco elogium S. Bennonis Ep. et Conf.